192

non iniuriam obnoxium culpe · non hereditate condemnati patris · Vidit enim
carnis ulcera que ante concupiscebat · advertit nec pulchri
tudinem veram · que habebat in vitiorum deformitate · Et ideo quod
tibi carnali sponso femina · require diligenter · et in omni corpo
re invenies cicatricem · Cognosce alium magis sponsum qui cir
cumdat lucem · cuius species non potest interire · Hunc tolle in manu
mum tuum · et secta in templo tuo · Tolle in corpore tuo sic scrip
tum est · tollite in corpore vestro · huius thalamos ingredere novos ·
huius spectato peregrinos decores · Hunc induere · hunc vide
ad dexteram patris · et gaude quia talem habes sponsum · hic te ves
tiat benedictione ne qua noceat scissura peccati · Servemus
igitur vestem qua nos sacro domini fonte emergentes fonte vestivit · Cito
scinditur vestis · si facta non congruant · Cito tineis carnis adteritur ·
et veteris hominis errore maculatur · Ergo hic nova veteribus
copulare · In apostolo autem etiam novis veteribus superuestiri prohibemur ·
sed exui veteribus · novum sumere · ut expoliati non nudi inveniamur ·
Expoliamur enim meliora sumpturi · nudamur autem cum indumentum
nobis aliena fraude detrahitur · non nostra voluntate deponitur · XI.
Et nemo mittit vinum novum in utres veteres · Fragilitas
humane condicionis aperitur · cum corpora nostra exuviis
defunctorum animalium comparantur · Denique vina bonorum virtutum
usu possimus implere · si sacramenti quod accepimus reservemus ·
Legat in iniuriam industria · si renovatis utribus nova vina cre